



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 26. De perfectione emptionis, ac eiusdem rescissione,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-78332)

nibus empti & venditi, lege Iulianis, §. i. his verbis: Si fructus iam maturis ager distractus sit, etiam fructus emptori cedere, nisi aliud conuenit, exploratum est. Ad hanc, si equus venditur, intelliguntur vendita ornamenta quia ornatur tempore venditionis, iuxta legem Aediles 2. ff. De adiutis editis, §. vendendi.

C A P V T X X V .

De actionibus que nascentur ex emptione.
& venditione.

S V M M A R I V M

- 356 Actio quædam est ex empto, & quædam ex vendito: &c. quid
vtrique sit.
357 Quartus venditor emptori teneatur de euictione.
358 A. i. redhibitoria, & actio quanto minoris locum habent
tamen quo ad forum externum.
359 Varij casus in quib[us] quæ cogi potest ad vendendam rem pro-
priam.

D V & sunt isti usmodi actiones; una quæ dicitur actio ex empto, & altera quæ dicitur actio ex vendito: hæc competit venditori ad consequenda ea quæ emptor debet præstare: in eamque veniunt damna, & incommoda quæ venditor passus fuerit ex emptoris mora, & culpa non soluti pretij. Illa vero competit emptori aduersus venditorem, ut tradat rem venditam corporacum cum fructibus, vel accessionibus ciuilem: vel ut quasi tradat rem incorpoream emptam, hoc est, censum, & sum fructum, ius, vel actio nem, aliud ve cæ-
torum quæ in iure dicuntur quasi tradi, & quasi possideri.

Complebitur autem tali actio alias quatuor. Primum, de euictione. Si n. venditor non fuit dominus rei venditæ, & res euincatur, id est, à domino per legitimam probationem in iudicio vindicetur, emptor habet actionem contra venditorem, ut premium sibi restituatur. Secunda, quæ redhibitoria ideo dicitur, q[uod] inßtituatur ad rehabendū preium datū. Et est, quæ emptor intra sex mensēs à die celebrati contractus agit ad rescindendum contractum: si vendita sit res habent vitium occultum, quo cognito empta non esset. Tertiā, quæ ex eo dicitur quanto minoris, quod inßtituatur ad obtinendum à venditore, quanto minoris emptor emisit, si cognovisset vi-
tium rei quam ille vendidit. Et est quæ emptori conceditur per spatium vñius anni à die celebrati contractus ad repetendum à venditore in foro externo quanto minoris rem venditam vñiosam erat empturus, si vitium sciuisset. Quartam demum, quam praescriptis verbis actionem vocant. Et est quæ si venditor pacta adiecta venditioni non feruauerit, emptor contra eum agit vt is illa impletat.

CIRCA actionem autem de euictione adverte cum Sylu. in verbo Empio, q. 25. ex glossa, & Panor. ad Cap. finale, De emptione & venditione; venditorem ita teneri emptori de euictione, vt si monitus non defendat ipsum, teneatur ad omnes expensas quas id est emptor fecerit in iudicio: siue causam ob-
tinuerit, siue non; exceptis tamen tribus casibus quos vide in p[ro]ced. 14. dubit. 1. propofit. 2. Adverte etiam ex eodem Sylu. in sequentia q. 26. etiam si venditor fecerit pactum, quod de euictione non teneatur; ipsum nihilominus iuxta legem Ex empto, ff. De actionibus empti, & venditi, ad premium teneri reuicta: si quidem generaliter sit facta pactio: puta dicendo, à quocumque euincatur res: non item si sit specialiter facta, seu cum conditione, si res euincatur à certa persona, vel in certa causa: quia tunc venditor ipsa res euicta, non te-
nebitur ad restituendum premium; ex lege Qui libertatis, in principio, ff. De euictionibus, iuncta glossa ibid.

Circa actionem redhibitoriam vero, & actionem quato minoris, adverte, leges quibus conceduntur, relatas à Lud. Molina in sepe citata tr. a. 2. disput. 353. consl. 2. non habere locum in conscientia, ea ex parte qua tantummodo spatium sex mensium, aut vñius anni concedunt emptori decepto, ad seruandum se in demnum: quia ex ipsa re i. natura venditor obligatur tali in demnum: confulere, aut per recessio-
nem contractus, aut per augmentum pretij, quantum re-
quiritur, vt hoc censeatur iustum: contra quam obligatio-
nem statuerit tam exiguum tempus præscribendi, durum est, & quod approbare ratio refutat.

H V C R E V O C A R I P O T E S T dubium, an aliquando possit quis cogi re suā vendere? quod tractatur à Sylu. in verbo Empio, quæst. 3. à Couart, lib. 3. var. resolut. cap. 14. & à Molina in eodem. tr. a. 2. disput. 341. Respondendum vero est, de iure communis neminem cogendum esse rem suam ven-
dere, ex lege Inuitū, Cod. De contrahenda empt. & vendit.

Excipiantur tamen aliquot casus. Primus est, quādo quis habet seruum communem cum aliis: tunc enim potest eum manumittere iniuris sociis, si der partem pretij ipsi debitan, lege 1. Cod. De communis seruo manumisso. Secundus est quando quis habet prædium commune cum fratre, si frater vendiderit partem suam, alter potest contra emptorē agere eo modo quo traditur in lege 1. & in lege Ad officium; Cod. De communis dividendo; quod explicandum relin-
quimus Iurisconsultis, quorū est propriū. Tertius est, quando qui habet plus iuris in re: tunc enim si is qui minus iuri-
s habet, vendat; cogetur vendere eidē, ex lege Sanctius, §. Ne autē, Cod. De donationibus. Quartus est, cum quis, rem ad viçum pertinentem, venum publice exposuerit, cogitur eam vendere. Similiter qui publice officium aduocationis suscepit; officio Iudicis cogi potest præstare patrocinium litigantibus; dummodo ei congrua stipendia ministrentur, etiam si non habeat publica. Item caupo, & stabularius, qui officium tale publice suscepit, potest officio Iudicis cogi ad hospites excipiendo, pro iusto pretio. Ita habet loco cit. n. t. Couar. Quintus est, quod ratione publice necessitatis, & indigentia possit quis cogi ad rem suam vendendā, etiam si non exposuerit venalem; de qua re Couar. in seq. n. tertio. Sextus est, quod cum est annonae caritas, ciues cogi possunt frumentum ex agris ciuitatis collectum, ciubus & oppidanis vendere, non tamen exteris: ita ut detur facultas ciubus frumentum exteri venditum retrahere eod. pretio oblato. De qua re idem author pluribus in seq. n. 6. Quin etiam ratione talis necessitatis, edicto Praetorum solet frumentum cuiusque inscribi, vt habeat quod sibi, & sua familiae neces-
sarium est, quodque supereft, teneat vendere, vt alii ha-
beant quod eminent, vel quod manducent; de quo etiam idem author ibid. Septimus est, quod ratione pietatis publicæ statuatur, vt merces, & res ad viçum necessaria, eodem pretio vendantur peregrinis & hospitibus ceteris, quo pu-
blice incolis venduntur, iuxta cap. 1. De empt. & vend. Octauus est, quod ratione religionis, dominus omnino compellatur vendere agrum aut domum propriam, si iis sit opus ad constructionem vel amplificationem alicuius Ec-
clesiæ, aut Monasterij. De hoc Couar. late in eodem cap. 14. n. 7. & 8. vbi & addit inter cetera notata digna, & post eum Molina in citata disput. quod iure prohibitum sit priuatum aedificium sic attolliri, vt ex eo videri possint Religiosi, aut Religiosæ intra propria domos religiose habitantes. No-
nus, quem idem Couar. attingit in eodem n. 8. quod ad venden-
dum agrum vel domum possit etiam quis compelli ratione publicæ utilitatis; puta via sternenda, resciendæ, muniendo fori extriundi, vel ampliandi. Quia etiam ratione incole &
ciues triticum quod Respub. emit, ne illi egestate preme-
rentur, cogi possunt enere eodem pretio, liceat caro, quo ipsa emit. Nam in illorum bonum emit, ipsaque potest se in-
demnum seruare. Similiter idem cogi possunt ad emenda arma quæ Respub. emit, & illis distribuit ad ipsius defensionem imminentे bello periculoſo.

C A P V T X X V I .
De perfectione emptionis, ac eiusdem rescissione.

S V M M A R I V M

- 360 Duo modi quibus venditio perficitur.
361 Triæ requiæ ut venditio sit perfecta, sufficiat inter ad trans-
ferendum dominium.
362 Quando cedula sit venditio perfecta sine translatione do-
minij.
363 Quid arrhe conferant ad perfectandam venditionem.
364 Quid sit agendum cum res vendita est dubius.
365 Quid specialiter cum venditio fuerit iurata.
366 Quid cum vtraque venditio fuerit eiusdem modi.

- 67 Sextuplex error contrahentium, ratione cuius contr. eius venditionis, & emptionis rescindi potest.
368 Alio casu ob quas adhuc potest idem rescindi.

360.

EMPTIONIS & venditionis perfectio dupliciter spe-
catur: uno enim modo perfecta dicitur, quando domi-
niū rei vendita ad emp̄torem transfertur. Altero vero
modo, quando periculū, & cōmodū rei vendite transīt & perti-
net ad emp̄torem, licet venditor sit adhuc rei dominus.

161.

Atque de perfectione prioris modi notandum est ea re-
quirere tria. Primum est, ut venditio facta sit cōmuni cōsenſu. Secundum, ut pretium sit solutum vēditori, aut sit ipsi satis-
factum: siue quod emp̄tor fideiū loarem, aut pignus dederit;
siue quod ei fides habita sit de pretio soluēdo, ex lege Quod
vendi, ff. De contrahenda emptione. Tertium est, ut res
vendita sit emp̄tori tradita. Instat. cit. De rerum diuīstione.
§ per traditionem, & §. venditio: & Cod. De pac̄is, lege
Traditionibus. Aliquando tamen iure quodam singulari ex
solo contractu sine traditione, transfertur dominium rei.
Sic enim ex priuilegio, in Ecclesiā vel ciuitatem dominium
transfertur ab querē traditione, prout iuxta legem vlt.
Cod. de SS. Ecclesiā, notat Couar. lib. 2. resolut. cap. 19. n. 2.
Aliquando etiam solent esse statuta, vel dominium rei ven-
dita non intelligatur translatum, donec pretium perfol-
lum sit venditor: etiam si res sit emp̄tori tradita, & de pre-
cio ipso fides habita.

362.

DE P E R F E C T I O N E autem posterioris modi notan-
dum est primo, quando appetat de pretio, & de eo quod
venditum est, quid, quale, & quantum sit: atque pure facta
est venditio, tunc (quemadmodum habitum est initio preceden-
ta cap̄itū 2. 4.) perticulum, & commodum rei vendite tran-
ſire & pertinere ad emp̄torem, quantumvis res non sit tra-
dita, nec venditor adhuc sit illius dominus. Et ita venditio
perfecta accipitur in lege Necesario, ff. De periculo, & com-
modo rei venditio. Notandum est 2. venditionem eo ipso
quod contrahentes in rem & in pretium consentiunt, sic per-
fici, ut neutri corum licet in conscientia altero inuitu abili-
la recedere: licet autem de mutuo vtriusque consensi.

Notanda sunt tertio tria documenta, que Molina tra-
cat in eadem tract. 2. disput. 337. quorum primum est nō cen-
seri venditionem perfectam, in qua pretium reificatur in ar-
bitrium personæ designatae, quia tale pretium nullum est,
quousque à tercia illa persona definitur. Secundum est, per-
fectam censeri venditionem factam hoc modo: Si visque ad
talem diem debitum non solutus, pignus tuum maneat vē-
ditum pretio, prout prudens arbitratus fuerit, iusto. Ita ha-
betur ex lege Si fundis, §. ultimo, ff. De pignoribus. Ter-
tium est, ad hoc ut tum venditio, tum emp̄to censetur per-
fecta, quando certum pretium statuitur tantum in relatio-
ne ad aliud (v.g. dicendo: Emō à te hanc rem, quanti eam
emisti, aut quanti illam emisisti, qui tibi eam donauit, aut pro
pecunia quam habes in marsupio) requiri ut illud aliud sit
quid verum, nec tantum imaginarium: nempe v. g. ut ven-
ditor rem, de qua agitur, aut ille qui eam donauit, emerit
certo pretio: aut emp̄tor certam pecunie summam habeat
in marsupio. Nam si nihil tale sit reuera, contractus est nullus:
tantum factus nullo statuto pretio. Ad quod faciunt
lex Hac venditio, §. tertiū, & lex Siquis fundum, ff.
De contrahenda emptione.

Notandum est quarto, in perficienda eiusdem modi em-
ptione & venditione, folere dari arrhas; idque dupliciter, v-
no modo in venditionis tantummodo signum & probatio-
nē, ut sit maxime, cum non datur pecunia, sed annulus, aut
aliud ciusmodi. Altero modo nō tantum in signum, sed etiam
in partem pretii. Atque de iure communī, quando arrha
dantur solummodo in signum, is per quem stat ne contra-
ctus perficiatur, si eas dedit, illas perdit, alter vero tenetur in
duplū. Qādā autem dantur in partem pretii, unus non po-
test à contractu emptionis recedere sine alterius consensu:
quia cū pars pretii soluta sit in arrhis datis, res nō est amplius
integra. Hac Syl. habet in verbo Arrha n. 1. & 2. citatis legi-
bus cuiuslibet. Cui ad dendum, est esse videndum quid sit cō-
muni vñl receptum in ea re, aut quid intentum à contrahe-
cib⁹. Nonnulla alia que habet Molina in seq. disput. 338. Iu-
rispeditis relinqūere nossumus tanquam ipsorum propria.

De venditione facta duobus.

R Estat monendum, quod ex proposita doctrina possit
judicari quid agendum sit, cum res duobus, seu bis
vendita fuerit. Quando enim prior vēditio fuit perfecta pri-
ore modo, seu ita, ut in priorem emp̄torem translatum sit
dominium, ipsi priori danda est res vendita & à posteriore
auferenda. Quando autem vendito perfecta fuit tantum
posteriore modo, res est relinqūda posteriori emp̄tori, si la-
lla acquisiterit venditione priore modo perfecta, acquirēdo-
re rei venditę dominium. Ita habetur ex lege Quoties, Cod.
De rei vendicatione, & ex lege Traditionibus, Cod. De pa-
ctis: lateque tractat Couar. in citato cap. 19. vbi n. 2. excipit
casum in quo venditio fuerit posterior modo facta Eccle-
siae, aut ciuitati. Cuma enim per eam fiat translatio dominiū,
vlt. n. 361. diximus, per subsequentem prioris modi illud ac-
qui non poterit. Excipit item in seq. n. 7. casum in quo
per venditionem posterioris modi, res vendita, hypotheca
fuit emp̄tori in securitatem contractus: tunc enim secun-
dus emp̄tor nō potest per traditionem dominium acquire-
re cūsdem rei; ex lege Si creditor, §. finali, ff. De distract. pi-
gnorū. Et ratio est, quia si quis pignus habet, debet sim-
plici creditori preferri in ipso pignore.

Aduerte autem ex eod. Couar. in Epitome 4. decretalium
par. 1. cap. 5. n. 9. & 10. quod venditio facta posteriori
modo, seu absque translatione dominii, fuitur iurata, non
obstat quin subsequens facta prior modo, seu cum transla-
tione dominii valeat: ita ab emp̄tore posteriori res ei
tradita, nequeat auferri, quia inde effici quid potest, ut pri-
or res sit venditor, non tamen ut à posteriore emp̄to pos-
sit rem venditam auferre, & priori tradere: nisi forte pli-
erior eundem venditor em induxit ad vendendam sibi-
am quam probe sciuit iam venditam esse, in quo casu, tan-
quam dans causam danni quod alter inde patitur iniuste,
tenetib⁹ illud refaciare tanquam ad id obligatum ex iniusta
acceptione. De eo autem qui iuravit se rem suam Tito ven-
ditur, & postea vendit Caio, addit idem Couar. obligari
cūsdem rei traditionē facere Titio propter iuramentum
ei prefūtum. A tunc istud quod dicitur de venditione fa-
cta duobus, paribus ex citata lege Quoties.

Porro cum vtraque venditio fuit posterioris modi, res
tradenda est priori emp̄tori: quia ex regula § 4. iuriis in 6. qui
prior est tempore, saltem in pari causa, potior est iure. Simili-
ter si vtrque emp̄tor aferat se emisse priori modo, nec de
veritate possit constare: ob eandem rationem tradenda est
priori, nisi forte posterior numerauerit pretium, prior vero
minime: quod alius, ciratis habet Couar. loco cit. n. 5. Erratio
est, quia merito creditur rei traditionē ei factam fuisse
potius, quam illi qui non soluit pretium.

De resūctione & contractus venditionis
& emptionis.

T Itulus habetur tam Digestis lib. 18. quam Codice lib.
4. Dereſcindenda venditione. Debet vero venditio ref-
cindi, primo, ratione erroris, ac difſensus contrahēntiū: qui
quidem error sextuplex esse potest. Primum, quo erratum est
in pretio: tunc enim in conscientia vel rescindi debet ven-
ditio, vel ab emp̄tore ſuppleri quod deficit ad iustum pretiu-
mum, vel à venditore quod abundantius est, refitum enim po-
ſtulat equitas feruanda ex iuris. Secundus est, quo erratum
est in contractu, ut cum exitimauit me vendere, tu vero
putasti me tibi donare rem meam, non enim valerunt vē-
ditio, ex lege Siego 1. ff. De rebus creditis. Tertius est, quo
erratur in corpore, vt si putavi me vendere tibi fundum
meum Sempronianum, & tu credis te emere Cornelianum,
vt habetur ex initio legis In venditionibus, ff. De contra-
henda emptione. Quod si error tantum efficit in nomine, &
de corpore conſaret, nihil efficit cur venditio non valeret, ex
ead. lege, §. 1. Quartus, quo erratur in qualitate, aut mate-
ria, vt si quod tempore venditionis est acerum, pro vino,
vel as pro auro, vel stannum pro argento distrahatur. Nam
tunc, ficut & alias, quoties erratur in materia, nulla est ven-
ditio, ex ead. lege, §. 2. Quintus est, quo erratur in lexu, vt
si quis putet se vendere equam, & tu putaste emere equam,
ex lege

quam empte ignorante, ex lege Domum, §. finali, ff. eodem adhuc titulo, ita quibus omnibus casibus, non tantum in externo, sed etiam in interno foro venditio nulla est, ex defectu scilicet consensu tam veri, quam debiti.

Rescindi secundo debet venditio ratione violentiae; quia venditio per violentiam facta, tanquam involuntaria, est in vitroque foro nulla. Debet tertio rescindi ratione metus illarum; non tamen quod sit ipso iure irrita, sed quod officio Iudicis irritari debeat in foro externo, in quo actio. Quod metus causa, datur contra eum, qui incussum metum. Debet quarto ratione auctatis rescindi auctoritate Iudicis; nam pupillis, ac minoribus, &c. Ecclesiis, ac ciuitatibus, solerter in iudicio concedi restitutio bonorum alienatorum. Debet quinto rescindi ratio: solemnitatis in alienando omisita. Vide dictio precepit. cap. 7. sc. 1. ad intelligendum quod ratione id accipit debeat. Debet sexto rescindi ratione pacti non seruati, si venditio non erat alias perficienda. Nam sic ea censenda est in voluntaria. Debet denique ratione conditionis non adimplentae, quia venditio contracta sub conditione, imperfecta est, donec conditio ipsa impleatur.

TRACTATUS IV.

De societate.

QONIAM mutuum usuriarum velari soleat maxime contra eum societas, idem que contractus magnum habet usum in negotiatione, qua perficitur emptionib. & venditionibus; tractationem eius praecedentibus proxime subiiciens. Atque de societate in iure ciuii libro 17. Digestorum, & lib. 4. Codicis titulus extat, qui dicitur Pro socio, ac in lib. 3. Institut. qui dicitur, De societate. De eadem vero praeter eiusdem iuri interpretes, & Canonistas ad cap. Per vestras, De donationibus inter virum, & vxorem, ac Summularios in verbo Societas, & in verbo Usura, agunt tum Sotus in lib. 6. iust & iure quest. 6. Nauar. in Enchir. cap. 17. n. 251. & in conuent. De usuris, num. 32. & aliquo sequentibus. Conradus De contractibus, quest. 97. Cour. in lib. 3. var. resolut. cap. 2. tum post ipsos, plerique recentiores, vt Gregorius Valentia 2.2 disput. 5 quest. 2. Petrus à Nauar. in lib. 3. De rest. cap. 2. à num. 456. vtque ad finem, Ludovicus Molina de iust. & iure tract. 1. diligit 411. ac nonnullis sequentibus, aliquique. Dicimus vero primo de illa in genere. Secundo, de illius multiplici varietate. Tertio, de ea in specie, vt est circa negotiationem. Quarto, de ea, vt est circa animalia.

CAPUT XXVII.

De societate in genere.

SUMMARIUM.

369 Quid sit societas & quod debeat esse sicut etiam duorum.

370 Ad eam pertinet conuenientia contribuendi, per se, sicut potest sine re tradiri, ne, aut si rupta.

371 Pertinet item, vt quisque sociorum aliquid, aut aliqua contribuat.

372 Pertinet adhuc, vt ead. m. contribuio fiat ad omnium lucrum sociorum, & quod interdum sic fiat, vt constituantur, non societas, sed locationis contractus.

373 Usuram non est, quae pecuniam contribuens ex ea lucretur, nulla apposita sua industria.

374 Socia pars causam damni in societate, quatenus teneatur ad illud resarcendum.

375 Quinque modi quibus contractus sic etatius finitur.

QVID SIT, societas, non omnes eodem modo expllicant, ut patet ex Nauar. in citato num. 251. Sylva in verbo Peculium 2. quest. 1. Sotus in citata quest. 6. art. 1. sed varietatem est in verbis, quibus indicare volunt, naturam societas confidere in duorum, vel plurimum conuentione contribuendi aliquid, vel aliqua ad commune lucrum.

Vbi aduertere ad societatem pertinere, vt sit duorum vel plurium, quia unus solus non contrahit societatem, sed duo, aut plures inter se, qui ut ad id sint idonei, ex Syla. in sequenti, quest. 2. requiritur, vt possint se obligare, & contrahere.

Quod quidem non possunt iij, qui donare prohibentur, nempe ex eodem Sylva in verbo 1. Donatio 1. quest. 1. Primo quidem mentis impos. Secundo, prodigus cui datus est curator, vel alienatio interdicta est. Tertio, minor 25 annis, nisi post eosdem expletos, etiam habuerit à se factam donationem. Quarto seruus, & Religiosus, atque alij qui nihil proprii habent. Quinto, vxor. Sexto, ij quibus alienatio est interdicta legibus, ut heretici, & rei criminis laesa Maiestatis. Septimo, illi quorum bona sunt confiscata. Octavo, non domini rei danda. Nono, is qui non est soluendo creditoribus. Videndum est cap. nonum huius libri.

A D V E R T E secundo, ad societatem pertinere, vt sit conuenientia contribuendi, aliter enim contracta conuentio, etiam si nomine societas significetur (vt videre est apud Sylva ipsum in verbo Peculium 2. quest. 3. & sequentibus) non pertinet ad hunc tractatum, vt ex eo confirmatur, quod si una res legata fuerit duobus, vel si haereditas pluribus communiter contigerit, vel eadem res a duobus cimpta fuerit, non competit actio, que in iure dicitur Pro socio, ex lege. Ut sit, ff. Pro socio. Quod satis ostendit, tales communicationes non habere veram societas rationem. Potest vero conuentio contribuendi solo contrahentium mutuo consensu fieri ad hoc sufficienter ut societas perfecta sit absque rei traditione, aut scriptura aliave solemnitate publica; adeo ut celebrari possit, non solum inter presentes, sed etiam inter absentes per epistolam, aut internum. Pro quo est textus satis expressus in lib. 3. Institut. tit. De obligationibus ex consensu, & deducitur ex lege Societatem, ff. Pro socio.

A D V E R T E tertio, ad societatem quoque pertinere, vt quisque contrahentium, qui socii dantur, aliquid, vel aliqua contribuatur. Quod sic intelligendum est. In societatem conferri possunt. Primo, pecunia, vel alia res estimabilis pecunia, vt vinum, frumentum, animalia, &c. Secundo, opera, vt labor nauigandi in exteris regiones, emendi, vendendi, ac portandi merces. Tertio, industria, qualis est negotiandi; consistens potissimum in his, vt scilicet videatur in quibus mercibus emendis pecunia sint expendenda; vnde nam illę petenda, & quando, & ē quibus emenda sint, quoniam pacto cōseruanda, quibus, & quo loco distraherē. Adde, diligentiam adhibendam esse in seruanda ratione dati, & accepti, & in faciendis expensis, seu sumptibus moderatis. Cum autem hęc ita sint; propositorum verborum sensus est: Societatem perfici, sive quis tantum unum ex memoratis contribuat, vt tantum pecuniam, vel animalia tantum, vel operam tantum; sive contribuat simul plura ex eis, vt quando multi mercatores conferunt in commune suas pecunias, vt ex eis communis opera emptas merces ex quo dividant inter se, aut multi eiusdem officij, & artis, & pecuniarum, & operarum, ac industrias conferunt ad aliquod opus, vt multi pescatores ad aliquam pescationem, multi agricola ad aliquius agri culturam, multi pastores ad custodiā aliquius gregis.

A D V E R T E quartio, ad societatem adhuc pertinere, vt dicta contributio fiat ad commune lucrum sociorum. Nam, si quis animalia tradat aliqui ad custodiā, aut pecuniam ad negotiationem cum hac conditione, vt totum lucrum sit tridentis, & alius certum stipendum pro operis positis accepit; non erit tunc societas, sed locatio operarum, ex parte eius qui illas apponit, & conductio ex parte eius qui dat stipendum, siquidem hoc detur in pecunia. Quod addo, quia erit alioqui contractus in nominatus, non absimilis locationi, prout declaratur cum de locatione ipsa agitur. Quod si ei quindam industria, & operas est posituras, decerneretur speciatim pars lucri aliquota (qua est quod ad latitudinem incertus, eius tamen spes aequaliter certa, & determinata stipendio in suo, quod illi dandum est, locando ipsius operas) tunc si exprimitur in contractu, quod eadem pars detur illi in stipendium, non societas, sed potius conductio contractus celebratus conferti debet. Vbi vero non exprimeretur eam partem in stipendium dari, sed simpliciter celebraret contractus sub ea conditione, vt tot partes lucri sint ponentis capitale, & una talis aliquota sit illius qui praeficitur negotiationi, aut custodia pecorum, &c. contractus est societas; quando quidem reuera conuentio intermetit contribuendi ad commune lucrum postea diuidendum.

Refer